Infrascriptus ad exigentiam Determinationis Magistratualis erga readvolutam Gremialium Judaeorum Instantiam sub dto 3° May a. c. Nro Prot. 509 interventae Opinionem meam depromptus humillime censeo Instantibus, equidem tum ideo, quod juxta Articulum 38um 1790/1 in eo, in quo ad 1mam Jannarii Anni 1790 praefuerant, statu conservandi, ac relinquendi praecipiantur, hic loci vero fundum nullum pro eorundem Oratorio destinatum fundum jure perennali, et proprietario possederint, cum vel maxime ideo, quod sensu Art. 9ni 1647. Jurium Regni, et sic possidendorum fundorum Civilium incapales sint, nec Fisci Civici fundum proprietatis, et perennalitatis jure possidendum finem in expetitum assignari, nec domum quampiam ad praemissum scopum applicandam [illegible] emptionem admitti posse, cum tamen sine Exercitio Religionis sua esse nequeant, iisdem aut Vacantem quempiam Fisci Civici fundum jure usufructuario possidendum erga moderati Magistratualiter defigendi Annui Census depensionem ad complures Annos ea ratione, ut evolutis his, in quantum Cittas excensuationem hanc ad ulteriores subsequos Annos prorogare haudquaquam, sed fundum hunc pro sua necessitate recipere voluerit, superaedificatum suum tollere, ac fundum Fisco Civico remittere teneantur, pro desiderato scopo assignandum, aut similem cum privato quopiam, quem fundo inhaerenti, quanti Contributionalis depensio semper respiciet, Contractum ineundam facultatem admittendam esse. Zomborini die 1° Junii 810°

Paulus Fraticsevics Glibat de
Cittis Ord. Fiscalis

Pestini die 1a Junii 1810

Lect. 6a Junii
No 731.

Opinio

Fisci Magistratualis Lib. ac Regiae Civitatis Zomboriensis erga Relevolutam Gremialium Judaeorum pro Oratorio fundum sibi assignari, aut emptionem domus alicujus admitti petentium Instantiam depromta.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

No 4102 810.